



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Candidissimi Ordinis
Præmonstratensis**

**Sterre, Jean Chrysostome van der
Antverpiæ, Anno M.DC.XXV.**

23. Aprilis. Nono Kalendas Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37161

imiâ lenitate conspicuus, cum Cœnobij sui res præclarè promouisset; septimo regiminis sui anno Præfecturam Successori suo B. Waltero cessit: plenusque dierum & bonorum operum, iam nonagenarius ad cœlos migrauit, varijs decoratus miraculis.

23. Aprilis.

NONO KALENDAS MAII.

SALISBURGI in Bauaria obitus sanctæ memoriæ AD ALBERTI ex Canonico Strahouiensi Ordinis Præmonstratensis in Bohemia, Archiepiscopi Salisburgensis. Qui Vladislai II. Bohemorum Regis filius, Pragæ in Cœnobio Montis Sion Candidum Institutum amplexus,

plexus, eximiâ illud humilitate decorauit. Renitens autem Archiepiscopus factus, cum Alexandri Papæ III. partes contra Fridericum Imperatorem strenuè propugnaret, implacabile eius odium incurrit: cui ex Pontificis suasu ad pacem firmandam humiliter cedens, Archiepiscopatu ad tempus reliquit: donec tandem magnâ repetentium instantiâ in eodem denuò confirmaretur, quem mirâ in aduersis patientiâ, & insigni vitæ sanctimoniâ nobilitauit.

25. Aprilis.

SEPTIMO KALENDAS MAI.

IN Harenſi Campaniæ Brabantorum pago, Passio Beati PETRI à Calmp-